

Monseigneur

279

1749.

Habitā jam undiq̄ de abitu Sa. Ra. Majestatis Do-
mini Nostri clementissimi in Saxoniam, notitiā,
Non dubito illic et Illmā Vestram Excellentiam
S. R. Mtem esse secutam, a qua nunc summo desi-
derio expecto, quae apud S. Caesarem Mtem ratione
misera Curlandiae acta sint, et quid S. R. Mti
ad perscripta mea Illmā Vtrā Excellentiae desideria,
resolvere clementissime dignabitur. Misi quidem
Ablegatos meos etiam propterea versus Leopolim
ut ad praesentiam S. R. Mti cum Magna Caesare,
quam primum properent, sed quia ob defectum ali-
quem rerum, et infirmitatem superdientem Dn:
Kosciuszko, non pro tempore comparuerunt, Nunc S.
Caesarem Mtem insequi obligati erunt, ut a milite
Moscovitico Ducatus eliberentur, qui effective cum
regimine jam de novo intravit et brevi alios insecu-
turos spargitur. Reliquum, anterioribus meis literis
statum negotii mei pecuniarii et quae intuitu termi-
ni festi S. Joannis a Civitate Gedanensi enumeran-
dae pecuniae, desiderandum, prolixius perscripti Illmā
Vestrae Excellentiae ad quae me refero, hoc solummodo

addens, quod, præterlapso jam termino, ad factam re-
sitionem Consiliarius Schider responderit, se ab
nec dùm habere mandatum, recipienda hujus pecuniæ
mibi tradenda, ac propterea iterum atq; iterum
Vram Excellentiam enixissimè rogo, velit à S. R. Mte
me efficere ac transmittere mihi assignationem ad
Civitatem Gedanensem, ut tota summa hujus termino
secundum promissum mihi exsolvatür ac Regio sat
fiat Decreto, quod cum reliquis ex parte Regia do-
Mentis originalibus assignationeq; et ad Basce reyo-
sionem proximis avidissimè expectans, meq; constanti
amicitiæ benevolentiaq; affectui Illmæ Vrae Excellen-
tiae meliori comendans modo, omni officiorum promptitu-
dine, venerationisq; cultu, indesinenter maneo,

Monseigneur

P. S. Illa quinq; millia
talerorum termini nundinarum
Lipsien: Paschatos, Genera-
lis Accisa Cassa in bucaq; eti-
am non exsolvit, dignetur
Ill: Vra Excellencia eorum exsolutio-
nem apud S. R. Mtem quoy efficere.

de Vötre Excellance

le très humble
vostre oblige serviteur

Gedani die 27. Junij.
a^o 1711.

Ferdinandus. Duc de
Saxe